

num. 24. volum. ... Natta conf. 402. num. 54. ubi plurima exempla reddit. Castrensis late in conf. 50. vol. 2. Romanus conf. 42. n. 3. Ruin. conf. 78. n. 8. colum. 4. idem Cephalus conf. 170. n. 51. late Tiraquel. de retract. lignagior. §. 1. gl. 2. a. n. 5. & per tot. Burlanis conf. 82. n. 4. plures citat Corbulas de jure Emphy. tit. de causa princ. ab alien. 22. late Surdus conf. 3. num. 2. cum pluribus seqq. & idem in decif. 122. a. n. 5. & alii, quos citavi ad fin. hujus cap. & passim alibi per eosdem.

effectum nullitas debet esse evidens, & decet ex eisdem actis resultare, Caputaq. decif. 266. p. 2. Covar. practic. quast. cap. 2. §. n. 2. Et idem dicitur pariformiter de sententia notorie in-18 justa, quæ similiter non transit in rem judicatam, & ideo dicta clausula (parito judicato) tunc non operatur, ut fuisse determinatum in Rota in una Romana Mediola. 6. Februarii 1609. coram Coccino, & in una Illerdens. Canonicatus 24. Maii 1596. coram Orano, testatur Marefcot. var. resol. lib. 1. c. 87. num. 33. ubi alios Doctores citat. Hinc est, quod licet regulariter appellatio non ad-19 mittatur a sententia lata in remedio l. fin. C. de edicto D. Adr. tamen quando ratio appellandi est in promptu, quia constat de nullitate, & iniquitate sententiae notorie; puta ex actis: tunc nisi deferatur appellatio hu- jusmodi proposita vis fiet, quoniam cum sit legitima, utrumque effectum devolutivum & suspensivum habere, probant Bald. consil. 141. pr. emissis verbis col. 2. vers. unde si iudex, & colum. ult. vers. vel quando est notorie, lib. 1. Alexand. conf. 91. n. 3. lib. 6. idem Alexand. consil. 77. colum. penult. & ult. lib. 2. late Zuchard. in reper. l. si. C. de edicto D. Adrian. n. 440. & seqq. idem affirmat Calcan. conf. 83. n. 1. Bal. in l. consentaneum col. 3. vers. quareo, nun- quid a tali immisione, Decius in l. 1. col. penult. vers. 6. & ult. C. de bonorum poss. secundum tab. Bal. in l. quisvis in prin. C. quorum app. non rec. Joseph. Ludov. decif. 39. n. 9. Natta conf. 172. nu. 4. lib. 1. & post alios, quos recenset Ozalc. decif. Pedemon. 25. num. 13. Menoch. de adipif. passrem 4. n. 8. & seqq. Achil. Personal. tract. de adipif. sub num. 347. Quod etiam pertinet, quod quamvis a sententia con-20 cedente executionem virtute obligationis Cameralis, aut guarentigiatæ non admittatur appellatio suspensiva: tamen si ipsa sententia aliquo ex capite nulla appareat notorie ex eisdem actis appellatio ab ea emissæ (cu- jus ratio sit in promptu) omnimodo deferendum est: ita ut ad executionem devenire iudex non queat, sed vim faciat, tenet eleganter Gutier. in pract. quast. civil. lib. 1. quast. 120. & q. 119. ubi in comprobationem multa adducit, sequitur Xuar. in reper. l. post rem in declarat. l. regni, vers. sed providentia, in fin. n. 51. ff. de re jud. ipse Gutier. in d. dilecto 119. num. 5. probat, hanc limita- tionem locum habere in terminis, de quibus loquimur: quando nullitas est notoria evidens ex actis, ubi re- spondet ad l. 64. Tauri, excludentem nullitatis allega- tionem, ut non procedat in hac notoria ex actorum inspectione, sequitur etiam Amad. Rodriguez in tract. de execut. c. 6. n. 52. Azeved. in l. 3. tit. 2. n. 7. lib. 4. Recop- pil. & loquendo in terminis violentiæ, ita dicit nostras Gaspar. Rodrig. de ann. redd. lib. 1. c. 17. numer. 66. ad finem, quibus adde Avend. in tract. de exequen. mand. lib. 1. cap. 30. num. 9. ubi dicit, iustissimum esse in casu, quo sententia, vel contractus reducitur ad non esse 21 virtute restitutionis in integrum, quod de tali nullita- te opponi posset, ut impediatur executio, quia de hu- jusmodi sententiis, aut contractibus nullis non loquun- tur jura, quæ præcipiunt fieri executionem, ut notat Angel. Aret. in l. 1. §. 1. ff. a quibus appell. non licet. Guido Papæ in decif. 38. Petrus Ferrar. in sua pract. form. 26. Paul. Castren. in l. 1. §. de pupill. & in l. fin. ff. de constit. pecun. Bald. in l. si absentis in fin. C. si certum petatur, & in l. generaliter. 1. col. C. de Epif. & Cler. & in l. 1. C. si a non compet. jud. & quando instrumentum, quod exe- quitur est inefficax, aut nullum, loquitur Bald. in l. fin. §. in computatione, C. de jure deliberand. & in l. hac edictali C. de secundis nuptiis, secus ab Avend. ibi, qui n. 8. ad fin. dicit, debere constare de hac nullitate notorie, hoc est, ex eisdem actis, secundum Doctores ibidem per eum allegatos. Et hinc etiam est, quod nullitas, quæ notorie con-22 stat, putæ, per inspectionem processus, non aliunde: impedit

impedit trium sententiarum conformium executionem, ut in uno plures referam, tenet Natta conf. 172. nu. 5. romo 1. & ut infinitos taceam, late & optime Ozalcus Chaquer. in decif. Pedemon. decif. 142. n. 34. Cov. in pract. quast. c. 25. a princ. 23 His convenit, quod ex nostra proposita doctrina aliàs inferat Marc. Anton. Natta con. 51. rom. 1. nu. 21. dicens quod cum ubicumque prohibetur appellatio de jure appellari tamen potest ubi constat ex actis de ma- nifesta iniquitate, & nullitate, quia cessat præsumptio tunc quæ erat pro sententia secundum Ant. de Burri. & alios in c. inter ceteros: per illum text. de re judi. & Bald. pluribus locis relatis per Alex. cons. 107. themate. colum. fi. lib. 3. & in l. de pupillo §. qui opus colum. fi. de operis novi nuntiatione, ac ideo cum introductum sit, ne appellatur a præfecto prætorio, quia credit Princeps; eum, qui ad tantum officium fuerit admittus, non aliter judicare, quàm ipse Princeps foret judicaturus, l. 2. §. 1. ff. de off. præfecti præto. quæ præsumptio juris tunc cessat: cum ostenditur manifestè de sententiæ nullitate & ini- quitate; ideo cum hujusmodi casu liceat appellari, se- quitur quod executio impeditur, cum appellatio judi- catum suspendat, l. furti. §. ff. de iis qui not. infamia, l. 1. §. fi. ff. ad Turpill. 24 Sed ut clariùs (brevis tamen) res, quam agimus pateat, adnotare censui, quod nullitas notoria in ge- nere sumpta, prout est manifesta, & evidens; dividetur in tres species. Prima species est quando nullitas potest incontinenti probari, seu paratas habet probationes, ideoque non requirit altiore indagine, & hæc ap- pellationis notorietas & manifesta impedit executionem unius sententiæ, sive privilegiata sui natura, quia me- retur executionem, ut in possessoriis, alimentis, obliga- tione camerali, & similibus: sive quia transit in rem judicatam, quia in executione sententiæ debet adhiberi cognitio summaria, Bart. in l. 4. §. condemnatum sub n. 3. ibi, si verò incontinenti ff. de re judic. Soci. in reg. 122. exceptio nullitatis fallen. 1. Vitalli. tract. de claus. nihil novari nullita. penden. n. 7. in fi. & n. 8. rom. 18. fol. 282. Staphil. tract. de signat. liter. just. rub. de sanati. con- tract. invalidi. sub n. 12. fol. 288. in parvis. Cæsar. Cont. in l. uni. limit. 7. n. 56. & 57. & n. 65. vers. pro complet. C. si de momet. poss. Galleus ad formam. camera. oblig. p. 1. q. 3. n. 3. & 4. rom. 6. p. 2. f. 351. Phil. Franc. in c. dilecto 63. sub n. 26. quast. 10. vers. circa secundum de effectu ap- pellationis, de appellatio. tenet exactè Scaccia de appella- tio. quast. 19. rem. 1. conclus. 4. num. 30. & num. 72. aut 25 sagitur de executione unius sententiæ, & iterum conf. 5. num. 5. ubi quod hoc casu, quando tractatur de exe- quenda unica sententia, nullitatis exceptio impedit exe- cutionem, sive nullitas probetur evidenter ex actis, vel aliunde, incontinenti tamen, & post Staphileum de literis justitiae. §. postremo quoad hanc signaturam n. 14. vers. & ideo & §. secundum nu. 10. 11. & 12. Oldral. cons. 106. incipit quod litera, Alexand. cons. 77. n. 15. lib. 1. & in d. §. condemnatum n. 7. & ibi Ripa n. 17. Ruinam conf. 131. lib. 4. Vestrum in praxi lib. 8. cap. 1. n. 7. tenet Marefc. variar. resol. lib. 1. cap. 86. num. 28. loquendo quando in causa nullitatis, ad effectum suspendendæ executionis aliquid est probandum, scilicet inconti- nenti. Covar. (qui de magis communi testatur) practi. cap. 25. in princ. & num. 2. Lancel. qui plures cumu- lat, tract. de atten. p. 2. c. 17. n. 94. Anton. de Cavar. in tract. de executione instr. q. 11. sub n. 21. ibi, quandoque est aliquid probandum tomo 5. fol. 41. & ita sunt intelli- gendi plures Doctores indistinctè loquentes de hac ex- ceptione nullitatis, probata incontinenti, ut impediatur, prout etiam probant multi alii Doctores ex his, quos hæctenus a principio retulimus. 26 Secunda species nullitatis evidenti illa est, quando ex parte illam proponentis nihil est probandum, ut quia est manifesta, notoria, & evidens, ex actis patens,

& tunc si agitur de impedienda executione trium sen- tentiarum conformium, hac sola notorietatis specie impeditur earum executio, cujus nullitatis probatio aliter, quàm ex eisdem actis non relevat, quantum- cunque alia offeratur incontinenti Bart. in d. §. condem- narum n. 2. quem referens sequitur Vitalli. tract. claus. in clausula nihil novari nullit. penden. n. 6. versus finem to- mo 18. fol. 382. & Staphil. tract. de signat. litera. just. rub. de sanati. contract. invalidi. n. 11. in fi. & 12. fol. 288. in parvis Rota decif. 3. alias 280. licet de except. in no- vis: Cardinal. Alexand. in d. dilecto 63. n. 71. fallent. 1. Vantius tract. de null. rub. quot. & quibus mod. nulli- tas, & c. n. 32. vers. sed si nullitas fol. 380. Scaccia tract. de app. q. 19. rem. 1. conf. 4. sub nu. 29. & n. 71. Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 2. tit. de executione rei jud. concl. 1. sub n. 8. vers. contrarium, & n. 10. Lancel. de at- tenta 2. p. c. 17. n. 93. Cæsar. Contar. in l. uni. lim. 7. n. 56. vers. & pro complemento. C. si de momenta. poss. fuer. appel. Caputaq. decif. 266. p. 2. Cassiad. decif. 8. de rescript. Rota decif. 2. n. 1. & seqq. eod. tit. in novis. Peregr. decif. 24. lib. 1. Capicis decif. 167. n. 3. Ill. in d. §. condemnatum no- ta. 2. Ozalcus decif. Pedemon. 22. in 21. ad med. Avenda. de exequen. manda. lib. 2. c. 30. nu. 9. ad fi. nu. 9. tenent, etiam multi alii, quos superius retulimus. Et hujus doctrinæ reddi potest exemplum, in defectu 27 citationis, quis è producente nihil requiritur proban- dum, quoniam ex inspectione actorum aperte constat. Bart. in d. l. 4. §. condemnatum, n. 2. ff. de re jud. Vitalli. tract. de claus. nihil nova. nulli. penden. n. 6. versus fi. Staph. ubi infra n. 12. quia defectus actorum ex eisdem 28 probatur, ut de citatione dicit Vantius de nullit. sent. rub. quis possit dicere de nulli. n. 51. vers. insuper. fol. 377. Cont. in l. unica limit. 7. n. 57. vers. evidens autem C. si de momen. poss. Item in nullitate apparente ex defectu mandati, cu- 29 jus defectus probatur ex eisdem actis, sicut & citatio & impedit executionem etiam trium conformium, late Scaccia de appel. quast. 19. rem. 1. conclus. 4. a num. 36. vide de aliis exemplis, de quibus & nos latius infra ante fin. hujus capituli, & ipse Scaccia ibi n. 40. exem- 30 plicat in nullitate apparente ex facie sententiæ, quia talis magis quàm quævis alia dicitur evidens actis; te- net Contard. in d. l. unica limit. 7. n. 66. vers. multo magis, C. si de momen. Idem etiam dicendum est de nullitate, proveniente 31 ex non servatis terminis substantialibus, quia sententia lata non servatis substantialibus iudicii, & sententiæ, est notorie nulla & nullitas insanabilis, quia termini sunt de substantia, ut dicit Scaccia lib. 1. causar. civil. & criminal. cap. 3. sub nu. 289. & 290. dicitur nullitas evidens ex actis, tenet Scaccia de app. quast. 19. rem. 1. conc. 4. n. 42. dicens quod termini sunt de processu, & de actis, & sic impedit executionem, & sic loquendo tam in terminis substantialibus, quàm aliis nullita- 32 tibus, concernentibus substantiam iudicii, vel in non servata forma statuti ad actum, tenet Scaccia ibi, post Cardinal. Alexand. in cap. dilecto 63. sub n. 87. qu. 14. fallen. 4. de app. tenet B. in 1. §. & parvi. sub n. 3. vers. ista gl. ff. quod vi aut clam. quem sequitur Anton. de Canar. tract. de execut. instr. q. 11. vers. fi. sub num. 22. tom. 5. fol. 41. tenet etiam Cassiad. decif. 8. de rescript. Rota decif. 2. n. 11. & seqq. eod. tit. in novis. Peregrin. decif. 24. lib. 1. optime Aguid. decif. 27. & Cassiad. decif. 2. de iudicis. bene etiam Marefc. variarum resolutionum lib. 1. cap. 87. nu. 32. ubi testatur, ita tenuisse Rotam in una Romana Salv. interdict. 6. Novemb. 1598. coram Or- lino, & nos nonnulla inferius. Tertia species nullitatis manifesta, & evidenti illa 33 est; quando ejus probatio, & cognitio requirit altio- rem indagine; quia nec constat ex actis, nec ejus justificatio offertur incontinenti, & de hac specie lo- quuntur B. in l. 4. §. condemnatum num. 3. ff. de re jud. Vitall.

Vital. tractatu de clausul. nihil novari nulli. pend. sub n.7. fol. 382. Staphil. de liter. just. rubr. de sanat. contract. invalid. sub n.12. fol. 288. & ista talis exceptio admittenda etiam est tunc scilicet, quando sententia quæ nulla præteritur, continet executionem irtractabilem, ut puta in criminalibus respectu poenæ corporalis, quoniam tunc, etiam si de nullitate sententiæ non doceatur notoriè ex actis, altiore requirit indaginem, impedit oppositæ sive principaliter, sive incidenter ejusdem sententiæ executionem, ita communis est opinio, de qua per lff. in l. 3. §. si servus num. 9. ff. de acquir. possess. testatur Boffi. in tit. de nullit. adversus sententiam, nu. 4. sequitur Jur. Clar. sentent. lib. 1. §. homicidium col. 30. fol. 31. vers. successive quero, & iterum in pract. crim. qu. 94. vers. scias autem. Franc. in c. dilecto 63. n. 28. q. 10. lim. 2. Card. Alexand. ibi sub n. 81. fallen. 5. de appell. Alex. conf. 17. requisitus. col. 3. n. 6. lib. 1. Additio ad Vital. ubi supra nu. 4. Matth. Coler. tract. de processu execut. p. 4. c. 1. fall. 30. n. 31. juncto nu. 129. Scaccia de app. q. 19. rem. 1. concl. 4. n. 31. Lancel. tract. de attent. 2. p. 17. n. 95. & 96. Guido Papæ tract. de app. n. 92. vers. si autem intra. fol. 61. Prosper. Farinac. pract. crim. q. 101. n. 111. sub lim. 5. Vantius de nullit. rubr. quis possit dicere de nullit. n. 71. Affirmat etiam Blancus in pract. crimin. in ea parte in qua tractat, an ignorantia excuset à delicto, fol. 101. nu. 120. & seqq. & loquendo in executione irtractabili sententiæ, tam in civilibus, quam in criminalibus idem post alios dicit optimè Menoch. in tract. de arbit. jud. qu. 98. à n. 6. & per Lancel. de attent. 2. q. c. 17. num. 76. & 77. sequitur Scac. de app. q. 19. rem. 1. conf. 4. n. 75. & vide n. 74.

34. Eandem nostram doctrinam declara, quòd quando dicens de notoria injustitia, ad causandam attentatam executionem sententiæ, quæ arguitur nulla evidenter ex actis, debet ipsa nullitas notoriè patere; adeo ut sufficiat qualis offuscatio, ad tollendam hanc nullitatis notorietatem, ut per Angel. in l. si poss. in fi. de petitione hered. Decium in c. quoniam contra n. 3. de probat. dicit Rota decis. 6016. à n. 8. per Seraphin. tom. 1.

35. Nam licet verissimum sit quod notorium illud dicitur, quod ex actis resultat, quia acta faciunt rem notoriam, c. cum olim. & ibi Abb. n. 3. de verborum signific. pen. in princ. de caus. possess. & propriet. l. divus. ff. de off. presidis l. qui sententiam, de penis, Aretin. conf. 42. n. 5. Paris. conf. 11. nu. 7. lib. 5. & conf. 53. nu. 106. & conf. 77. n. 19. vol. 3. & conf. 98. n. 25. eodem volum. 3. Socinus Junior conf. 36. nu. 18. lib. 1. Decius in cap. ex insinuatione n. 19. de app. & in l. cum quid n. 26. ff. si cert. petat. & conf. 191. n. 9. Nevisa conf. 30. n. 3. Grammat. decis. 36. nu. 38. Joseph. Ludovic. decis. Perus. 20. nu. 2. part. 1. Aymon. conf. 303. n. 5. 2. p. Cephal. conf. 57. n. 32. lib. 1. Tiber. Decian. conf. 10. n. 79. lib. 1. Mascard. de probat. concl. 1101. n. 13. & 14. & Decian. conf. 18. n. 45. in 1. vol. Menoch. de recup. poss. in 1. rem. nu. 232. & ipse in tract. de arb. lib. 2. casu 166. n. 6. cent. qui ferè omnes procedunt in specie, de qua loquimur, scilicet; quando appellatur à sententia, ex cujus processu ejus notoria nullitas resultat, ut est videre ex iis quæ latè Cont. in reper. l. unic. C. si de momen. poss. fuer. app. lim. 9. à n. 19. cum seqq. dicentes, quod nullitas, seu iniquitas sententiæ tunc notoriè apparet, quando ex inspectione actorum detegitur.

36. Tamen ubi ex adverso aliquid opponitur; quod dubitationem & offuscationem pariat, cessat talis notorietas, ita ut sententia amplius dici non potest notoriè nulla, aut notoriè iniqua, ut post plurimos alios latè dicit Contard. in d. 9. lim. n. 34. & in 7. limit. n. 58. Cephal. conf. 201. n. 16. lib. 2. Burlat. conf. 73. n. 3. & 93. lib. 1. Ant. Gabriel. tit. de exec. re. jud. concl. 1. sub n. 8. & seqq. lib. 2. Lanc. Robert de attent. c. 17. n. 112. quibus in locis præfati Doctores hanc doctrinam ampliant, etiam quòd oppositio, & impugnatio contineat juris subtriti-

tatem, & ita communiter servare Rotam, testatur Ant. 37 August. in dec. 2. de sententia, & re. jud. & ita in Rota pluries determinatum fuisse adducens decisiones testatur. Prosper. Farin. pract. crim. tom. 1. q. 21. n. 17. ad se. ubi n. preced. plures allegat, tenentes hanc offuscationem tollere notorietatem resultantem ex actis, & idem tenet Ant. Gab. comm. concl. tit. de execut. rei jud. concl. 1. n. 9. & post Contard. d. n. 58. Scac. ad app. q. 19. rem. 1. concl. 5. sub n. 10. & concl. 4. sub n. 72. Fel. in c. inter ceteras 9. sub n. 4. de re. jud. dicentes, quod nullitas objecta recipit dubitationem, seu disputationem juris non retardat executionem trium conformium, quia nullitas, quæ potest revocari in dubium, verè non est notoria, quamvis appareat ex actis. Et quia nullitas velata, quæ potest habere dubitationem, & disputationem, non dicitur notoria dicit Cont. in d. l. unic. lim. 7. n. 61. vers. facit. C. de mom. poss. quia notoria nullitas non patitur disputationem, Cephal. conf. 202. mensiales n. 16. lib. 2.

Et quando contra nullitatem datur aliqua exceptio relevans, vel quia probatio offuscans notorietatem, non impedit trium conformium executionem: probat Scac. locis proximè citatis. Achil. de Grass. decis. 2. alias 214. clementiam de sent. & re. jud. fol. 99. & tenent omnes ceteri DD. in proposito hujus articuli.

Et ex his quæ hucusque diximus latèque probavimus, in causis, & judiciis aliàs privilegiatis, non admittentibus appellationem suapte natura; ei deferendum esse: nihilominus si emittatur ab actu nullo, cuius nullitas, seu iniquitas, notoriè appareat: puta, ex inspectione processus, & sic quando ratio appellandæ est in promptu: utiliter inferendum est, ad ea quæ frequentius, per sepeque accidunt in supremis tribunalibus, dum ad ea devenitur per viam violentiam; nempe circa provisiones beneficiorum, tam Parochialium, quam simplicium, ut si peccetur in eorum provisionis forma, defectusque (ut est) notoriè appareat, appellationi emittæ deferendum est indistinctè, itaut possessio suspendatur ex supra dictis.

Nam cum in collatione, provisioneque beneficiorum observare formam, à jure statuto, vel fundatione præscriptam, omnimodo necessarium sit; ita ut aliàs ipsa provisio nulla erit, Puteus dec. 338. lib. 1. Tho. de Than. dec. 99. nam forma omisa actus corrumpit, c. cum dicta de rescriptis l. cum hi §. si prætor. ff. de transact. Fel. 4. latè in d. c. cum dicta. & lff. in d. §. si prætor. exactissime per Brunum in tr. de reform. Everard. in loco à defectu forme, cum aliis per eos citatis. Aloyius Riccius in praxi Eccl. concursus, &c. dec. 414. n. 1. & seqq.

Quod etiam procedit in foro conscientiarum in quo non poterit acceptari, nec retineri beneficium provisum non servata forma, requisita à jure secundum magis communem opinionem, quam tenet Innoc. in c. quæ plerique, de immun. Eccles. Fortun. Garcia de ultimo sine. illat. 15. Cov. in c. cum esset, n. 9. de testamentis, & idem in regula peccatū. 2. p. §. 3. n. 9. Mol. de q. 1. tom. tract. 2. disp. 81. circa finem vers. ad dictum Innoc. Ant. Gom. in l. 3. Tauri. n. 113. Pad. in l. cum quis C. de jur. & fact. ign. ex n. 7. Mexia ad l. frag. concl. 6. à n. 75. Matienzo in l. 1. tit. 4. lib. 5. recap. gl. 10. à n. 9. Azeved. in l. 2. tit. 3. n. 41. l. 2. Parlad. diff. 12. §. 1. à n. 2. & 17. Cervantes in d. l. Tauri. à n. 189. Ceval. in contra comm. q. 71. & 173. & ex Theologis Martin. Led. 2. 4. q. 18. art. 1. post solutionem 4. & in summa lib. 10. c. 14. §. 26. & in lectu. de censib. Navarr. de rescrip. lib. 3. c. 2. n. 350. Salon. 2. 2. q. 5. de dom. art. 4. Gabr. Valq. 1. 2. disp. 163. Lorca ead. 1. 2. d. 21. de leg. ad fi. Mag. Can. 2. 2. q. 62. de animo pag. 160. Jul. Clar. §. testam. q. 90. Less. de just. & in lib. 2. c. 19. dubio 3. Burg. de Paz. in l. 3. 4. Tauri, à n. 1364. plures referens, cum solemnitas, & forma hæc non fudetur in præsumptione, & falsa causa, seu fraude; nam lex irritans testamentum vel alium actū, in quo non est adhibita, & servata forma, & solemnitas requisita, in universum & generaliter illū irritat ex defectu

defectu solemnitatis, & formæ, quantumvis fraus absit, de quo etiam latè per Aloyf. Ricc. in praxi Eccles. concursus &c. à n. 3. & supra à princ.

Et cum sacro Trident. Conc. sess. 24. de reform. c. 18. & motu proprio Pii V. quæ incipit, in conferendis, sub data 15. Calend. Aprilis anno 1566. & in Bullario 32. quib. sit præscripta forma inviolabiliter observanda in vacatione, & provisione beneficiorum Parochialium, quæ si non servetur, provisio est ipso jure nulla, ut constat ex d. Conc. ibi, aliàs provisiones omnes contra prædictam formam factæ, subreptitiæ censentur, &c. & in edicto motu proprio ibi, tenore præsentium, omnes, & singulas collationes, & provisiones, & qualvis dispositiones Parochialium Ecclesiarum præter, & contra formam ab eodem Conc. Trident. præsertim in examine per concursum faciendæ præscriptam, factas, aut in futurum faciendas, nullas irritas, aut nullius roboris vel momenti fore, & esse, nullumque provisum, aut titulum etiam coloratum possidendi, præbere, & Parochiales Ecclesias hujusmodi (ut prius ante collationem hujusmodi vacabant) ex tunc vacare statuimus, &c. ) maximè quia clausula (irritans) qua hæc constitutiones, utuntur formam inducere, certum dicunt D. alii, in l. non dubium C. de leg. quam quidem clausulam, & decretum (irritans) continent generaliter omnia decreta Conc. Trident. ut continetur in bullis Pii IV. & Pii V. super confirmatione, & observatione ejus Conc. emanatis. Flam. Paris. de rescrip. benef. lib. 4. q. num. 2. 4. Felin. in c. nonnull. num. 1. de rescrip. Caputaq. dec. 176. num. 2. & 3. p. 1. Hier. Gonz. in regula de mens. gl. 15. num. 27. ubi etiam dicit quòd decretum (irritans) contentum in lege conciliari afficit etiam manus Papæ, & ipsum ligat, quando de expressa derogatione non constat cum generaliter prohibito, & derogationem per eum ibi num. 36. de hac tamen derogatione Concilii, præcipue Trident. dic. ut latè per Nic. Garc. de benef. 4. n. c. 5. à n. 25. sursum.

48. Ac propterea praxis est notissima supremorum tribunalium, ut appellationi, deferendum, reponendumque esse declaratur: si interponatur à provisione indistinctè quorumcumque beneficiorum, sive simplicium, sive curatorum, sive judicialiter, sive extrajudicialiter in ea sit processum, (secundum quæ dixi supra 2. p. c. 13.) quando scilicet, peccatum est in forma ipsius provisionis, seu aliàs notoriè detegitur nullitas ex inspectione processus, quæ ipsam provisionem irritam jure reddit, quoniam quòd nullum est, executionem non meretur, secundum text. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re. jud. & quæ hucusque hoc capite dicta sunt, quare inutile non erit aliqua hic annotare loco exempli, quibus provisio nulla cognoscitur, ut pariter appellatione suspendantur.

49. Et in primis circa dispositiones dictorum factorum decretorum Trident. & motus proprii, quoad provisionem Parochialium, quæ, cum in eis dicatur, edictum proponendum esse publicum, & per id esse vocandos, qui voluerunt se examinari, an edictorum omisso vitiet concursum Zerole in praxi Episcopi 1. p. verbo Paroch. §. 2. 2. dubio, & Cuch. de repub. Eccl. c. 28. de Parocho, sub num. 6. affirmant, edictum esse necessarium ex d. Bulla Pii V. & declaratione S. Congregationis super eodem Concilio dicentibus, collationem Parochialis factam sine examine per concursum esse nullam. Ricc. in pract. Eccl. conc. dec. 427. n. 1.

50. Sed contrarium verius est, collationem nullam non reddi ex omissione edicti regulariter, sed ibi tantum, ubi Conc. provinciale id statuerit, ut fecerunt Conc. provinciale Toletanum act. 2. decreto 24. & Conc. Compostellanum celebratum anno 1566. act. 2. decreto 3. nam prædictum Conc. Trident. d. c. 18. id præcisè non inducit, sed reliquit arbitrio Episcopi, vel Synodi provincial. ut appareat ex vers. & si Episc. &c. & respondit etiam in terminis S. Congregatio, super eodem Trident. decreto d. vers. Episcopo faciendò, &c. his verbis. Congregatio Salgado de Protect. Reg.

censuit faciendum examen per concursum, quoties contigerit vacare Parochialem Ecclesiam, nec idèò à decretis Concilii Trident. recedendum erit, quòd rixæ & tumultus oriantur, & alia forsitan pejora sequantur; quod verò ad propositionem edicti publici attinet, hoc totum positum esse arbitrio ipsius Episcopi faciat, necne, nisi provincialis Synodus aliquid circa hoc præcisè statuerit, quòd observandum erit, & iterum ibidem alia ita declarat Congregatio Concilii censuit, propositum edictorum publicorum relictum esse arbitrio Episcopi, vel Synodi provincialis, &c. nos infra n. 176.

Et ita hanc partem tenent Nav. conf. 4. de præbendis 51 Nic. Garc. in tract. de benef. 2. tom. 9. p. c. 2. n. 35. & seqq. Nec obstat Congregatio Conc. adducta per Zerol. & Cuch. quoniam ipsi in edictione falluntur, quia duntaxat disponit in concursum faciendò præcisè non enim sequitur: concursus est faciendus, ergo edictum proponendum præcisè; quoniam diversa hæc sunt, ut constat ex supra adducta Congregationis declaratione, & ex Trident. quibus non est necessarium, & præcisum disponitur; & idèò illatio eorum Doctorum non admittenda, tanquam facta separatis, l. Papinianus, de minor. quid in jure patr. vide Ricc. in praxi jur. pat. dec. 160. contrarium tenentem post alios citat plures nos infra n. 79.

Rursus quæro supposito illo, quòd edictum proponendum esset cum termino decem dierum; nec ultra alios decem queat prorogari, ex d. Trident. decreto 18. & Bulla Pii V. vers. providemus Zerola in praxi Episc. de verbo §. 2. dub. 2. & Cuchus d. c. 28. de Parocho, sub n. 6. & ita ex Conc. prov. Compostellano ubi supra statuitur, quòd Episcopi intra 15. dies à tempore notitiæ vacationis per publicum, & necessarium edictum convocent omnes, quotquot voluerit examinari, quod in valvis Ecclesiæ beneficii, & ubi aliàs Episcopo visum fuerit per 20. dies, ut minimum præfigatur, sub censuris & poenis contra eos, qui tale edictum, aut tollere, vel delere, auri fuerint, & hic terminus currit ex quo tamen in valvis Ecclesiæ Cath. quàm Ecclesiæ beneficii præfixum est, juxta d. Compostellanum decretum, & expectandum erit: quòd labatur terminus, ex quo ultimo præfixum est, latè etiam Ric. in praxi Eccl. concursus dec. 427. nu. 2. & 3. ubi quòd ad prorogationem requiritur causa.

An igitur proposito edicto cum majori termino 20. dierum vitietur provisio parochialis, an tantum erit nullum edictum respectu excessus; Et responderetur, quòd non vitietur provisio, enim verò licet faciat hoc Episcopus contra prohibitionem Concilii & dictæ constitutionis, assignando majorem terminum: non tamen id pertinet ad formam necessariam provisionis sicut nec deputatio Vicarii, ut statim dicemus, sed solum ex æquitate, & mente Pontificis edictum dicitur nullum, quantum ad excessum termini, sive à principio cum eodem excessu præfigatur, sive post ea prorogetur, ac idèò qui se oppuserint post ea, dies terminum juris & intra terminum excessivum, seu prorogatum, non erunt legitimi oppositores, nec ad concursum admittendi. Ita dicit Nic. Garc. de benef. d. 2. to. 9. p. c. 2. n. 46. & seqq. ex qua deputatione nullum damnum, nullique oritur præjudicium, sed foret multum majus si provisio irritaretur, in maximum Parochialis Ecclesiæ & animarum periculum ex dilatione, sed si aliquod damnum oritur oppositoribus, intra legitimum terminum succurritur eisdem, excludendo postmodum oppositos in termino excessivo, quo satisficit principali sacrarum constitutionum intentioni.

Quid autem à converso, quando edictum minori termino decem dierum appositum est; an provisio nulla dicatur? Et affirmativè respondeo ex d. Trident. & Bullæ decretis, tum etiam, quia terminus à lege inductus abbreviari, & minui non debet à judice. Philip. Franc. 60 in c. cum sit Romana, n. 6. & seqq. de app. Lanfran. dec. 475. in c. cum sit Romana, n. 6. & seqq. de app. Mynfinger. singul. observ. cent. 2. decis. 68. incipit, de cem dierum, & iterum cent. 3. decis. 11. incipit non solum.